



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Malvm Svmmi Mali Sive De infinita grauitate peccati
mortalis Libri Qvinq[ve]**

Pelecycus, Johannes

Monachii, 1615

XVIII. Sancti Dei peccato mortali offenduntur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52025)

dioque adeo accidentali, quo exultarent, si eorum preces, & curæ amore plenissimæ, vitato peccato effectui darentur. Cuius argumento lætitia est, qua complentur, cum per pœnitentiam salutarem peccator ad gratiam resurgit; Gaudio autem accidentali? beatitudine etiam & gloria ampliore. Quid Angeli reponēt? victas de impio apud Deum que relas deponent, eosq; ipse, in die mortis suæ, testes infensissimos experietur.

CAPVT XIIIX.

Sancti Dei peccato mortali offenduntur.

Ioan. 1. 13. **I**lli, qui non ex sanguinibus, neq; ex voluntate carnis, sed ex Deo nati sunt, filijque adeo eius excelsi, Christique seruatoris nostri fratres; quique, cùm adhuc in terris versaremur, veram puramq; fidei

quo
, &
ato
ius
m-
am
am
en-
ria
ēt?
que
die
nos

dei supernaturalem doctrinam,
nullo permistam errore, nulla
praua opinione inquinatam,
nulla falsitate fœdatam, nullis
mendaciis sordidatam habue-
runt, & super ædificati super fun-
damentum Prophetarum & A-
postolorum, hoc est super vetus
& nouum testamentum, eorum
sententiam in verbo, authorita-
tem in clauibus, vitam in exem-
plo retinuerunt, vniuersoque
mundo, triumpho venerando
prætulerunt. Illi, qui spe nixi, ve-
terem hominem cum actibus *Colos. 3. 9.*
suis mortificauerunt, fluxa &
caduca bona contempserunt,
Deoque seipfos consecrarunt.
Qui charitatis veste nuptiali
induti, Deum, vt summū bonū
super omnia, ex toto corde, ex
tota anima, & ex omnibus viri-
bus sic dilexerunt, vt præ amoris
vi, quid præter Deum amarent,
igno-

leg.
ati
fi,
a-
ris
fi-
lei

ignorarent, fuit me ipsoꝝ quoque extra se rapti obliuiscerentur. Qui virtutibus deinde Cardinalibus, ceu vestitu deaurato, circumdata varietate, sic culti ornatiq; fuerunt, ne in se nauiam Dei formam & imaginem exprimerent; prudentiã quidẽ, dum actionibus suis eum modum posuerunt, quem ultra citraque nequit constitere rectum. Iustitia deinde, dum *quæ Cesaris erant, Cesari, & Deo quæ eius erant, reddiderunt.* Fortitudine, cum in Deo murum sunt transgressi, & docti ad prælium, fortia bella aduersus carnem, mundum, & Diabolum bellarunt, arcumq; chalybeum brachiis suis confregerunt. Temperantiã tandem, dum corpus, salua illius valetudine, voluntariẽ ideo afflixerunt, durioꝝque viuendi rationem tenuerunt, accuratiũs vt in perfectionis studio, vitæq; sancti-

Matth. 22.

22

Ps. 17. 30.

sanctimonia proficerent. Qui
tandem dilectum tabernaculū,
quod nequaquam transferri
potest, domum opulentam, in
qua ostenditur magnificus Do-
minus, diuitias affundens, & au-
rum quasi lapides diuidens, ci-
uitatē solemnitatis nostræ, in
qua omnes dies festi sunt, nullus
laboris, cœlestē ac sanctam Hie- *E/33. 20.*
rusalem, & cœlorum regnum *21.*
quod vim patitur, gloriosè, ter-
ribili eaq; ordinata castrorum a-
cie, muro ciuitatis perrupto, por-
ta aperta, victoriæ palma obten-
ta, occuparunt, & iam terq; qua- *Matt. II. 12*
terq; beati, ciues, reges, filij Dei,
coronis aureis, & diademate re-
gio, lapidibus pretiosis, & gem-
mis radianti, gloriosi cum Deo
sedent, eumq; de facie in faciē,
clarè, sicuti est, intuentur, & cum
exultatione, in pulchritudine
pacis, in tabernaculis fiduciæ, in
reque

reque opulenta, sine fine laudant, eoq; sempiternum perfruntur. Sathanica ergo peccati mortiferi peruersitas est, qua sancti hi cœlites offenduntur.

CAPVT XIX.

sancti benefactores magni peccato mortifero offenduntur.

In expl. orat. dom. Daniele. c. 12. 3. Greg. 9. mor. c. 6. Hom. 5. in Iob.

CVM Cœlis enim illi, à D. Augustino, & ab aliis, sideribus cœlestibus rectè comparantur; sicut enim à motionibus & fluxionibus illorum, ita & à sanctis ingētia ad nos manant beneficia. Huius rei testē habem⁹ locupletissimum, vt & antiquissimum Originem; sic enim scribit: *Quæmadmodum cœli luminaria, & sidera in firmamento à Deo collocata, cunctis quæ sub cœlo sunt, indesinenter fulgent, atq; omnibus, quæ super terram sunt, per tempora & generationes mirabi-*

*rab
alia
lia p
sic e
sign
mm
trib
emp
tem
exē
ti v
res,
glor
exp
tate
sum
mē
susti
rona
dun
certa
adeo
est, q
uiu*